



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Unus Pro Omnibus, Hoc est: Christus Jesus Dei Filius

Ginther, Anton

Augustæ Vindelicorum, 1733

VD18 12431648

Consideratio XLVIII. Christus crucem ferens cur dixerit piis mulieribus,
nolite flere super me, sed super vos ipsas flete?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45934)

CONSIDERATIO XLVIII.
 Christus crucem ferens cur dixerit piis
 Mulieribus: Nolite flere super me, sed super
 vos ipsas flete?

*Sequebatur illum multa turba populi & mulierum, quæ
 plangebant, & lamentabantur eum. Luc. 23. 27.*

I.

2. Reg. 14. 3.

Jonghen
 nupt. agni
 p. 1. Exhor.
 10.

Luc. 23. 27.

JOab, ubi Absolomum cum Davide patre reconciliare voluit, The-
 cuam misit, & tulit inde mulierem sapientem, quæ in habitu lu-
 gubri ad Regem ingressa, eum mirum in modum placavit: *Sic
 quasi mulier jam plurimo tempore lugens mortuum, & ingreduris ad Regem,
 & loqueris ad eum sermones hujusmodi &c.* Quis, obsecro, iste mortu-
 us, quem plurimo, imò toto vitæ tempore lugere debet homo Chri-
 stianus? R. Homo iste Christus est, DEUS & Homo, qui pro nobis
 tanta passus, in cruce mortuus, ac sepultus est, hunc, inquam, debe-
 mus omni vitæ tempore lugere, illique compati ex animo, quòd tam
 indigna pro nobis indignis pati dignatus sit.

Non Thecuitem aliquam propono hodie, sed Sionidas, pias mu-
 lieres, quæ amarissimo planctu Christum ad cadaverosum Calvarie
 montem sub cruce ambulanti deplorabant, tristem morituro JESU
 lessum canentes: *Sequebatur illum, ait Evangelista, turba multa populi &
 mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum.* Quid verò Salvator noster
 de hac comploratione? *Conversus autem ad illas JESUS dixit: Filia Jerusa-
 lem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros.* Ecce
 Dominus JESUS non desiderat, ut doleamus super dolore suo, sed su-
 per potissimâ causâ doloris ejus, hoc est, ut de sceleribus nostris inti-
 mè tristemur. Quis igitur nobis dabit aquas, imò quis omnes venas,
 arterias, nervos, ossa, membra universa corporis nostri vertet in
 Oceanum lacrymarum? ut plangamus in amarissima amaritudine ani-
 mæ omnes iniquitates nostras propter JESUM offensum?

2. Da-

2. David Rex in Israël piè plorantium agmen ducat; hic quantum desleverit geminum suum peccatum licet à DEO jam condonatum, ipse pluries fassus est. Vix poculum ori admovit sitibundus, & fontana temperando vino fluxit ex siphone oculo, hinc illud ejus testimonium: *Potum meum cum fletu miscebam.* Neque hic stetit optimi Regis pœnitentia; sed quia interdium plerumque animum sibi rapiebant negotia domestica, civilia, bellica, quo minus indulgere posset deplorandæ culpæ, ideirco compensaturus nocturnis tenebris, quod clario sole neglexerat: *Lavabo,* solebat dicere, *per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum rigabo.* Pulchrè ad propositum S. Chrysoctomus: *Cum omnes quietem & otium agerent, solus ille tunc Deum interpellabat, & aderat sopiri nescius oculus ploranti, suæque profitenti mala.* O quam multum ab hoc pœnitente distamus!

Psal. 101. 20.

Psal. 6. 7.

S. Chrysoct. concione I. de Lazaro.

3. Hunc piùm Regem peccatis suis constantissimè illacrymantem, laudandâ æmulatione S. Petrus Apostolorum caput imitari voluit. Cùm enim ab imbelli una ancillula ad trinam Domini abnegationem dejectus esset, improvidus aequè ac meticulosus pugil, simul ut gallum accinentem audiit: *Petrus flevit amarè.* Heu! quam longè à Petro absumus! multi post deslenda sanguineis lacrymis facinora, cùm Heracliti esse deberent, Democriti fiunt, & quidquid domi cachinnorum habent, largissimè effundunt, atque, quod Sapiens deplorat, *latantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis.* Sed veniet aliquando tempus, ubi & illud verificabitur: *Risus dolore miscebitur, & extrema gaudii latus occupabit.* S. Petrus non contentus unâ criminis deploratione fuit, repetivit eandem sæpiùs, eratque illi solenne, per omnem deinde vitam quotidie ad primum galli cantum strato levare corpusculum, provolvi in genua, & per noctis reliquias inter vota, precèsque patratam olim culpam jugiter deslere; factumque est, ut ex continuo stillantium oculorum fluxu sulcos in genis acciperet, binosque velut canales, præclarum dolentis animi honestamentum.

Luc 22. 62.

Prov. 2. 14.

Prov. 14. 13.

Clemens Alex. lib. 1. Recognit.

4. Jungamus lacrymanti Petro sociam Magdalenam. Hæc ut orbi constaret, quantum priora luxuriantis vitæ iterata damnaret scelera, Magistro suo JESU, cujus doctrinâ dediscere cœpit turpitudinem, novo atque insolenti exemplo balneum paravit, sed ex iis aquis, quas oculi ministrarunt, & verissimus de noxis dolor. *Lacrymis cœpit rigare pedes ejus.* Eliæ sacrificium igne cœlesti absumptum est, sed priùs aquâ ter affusa; ita Magdalenæ cor igne cœlesti absumitur, cùm dilexit multum, sed multis lacrymis priùs effusis.

Luc. 7. 38.

3. Reg. 18. 38.

O si vidissemus hanc pœnitentem Magdalenam sub cruce stantem, ac patientem & demortuum Filium Dei plorantem! Flevit
Agar

- Gen. 21. 16. Agar in deserto morientem filium suum Ismaëlem sub arbore sedens,
 Gen. 37. 34. & noluit consolari. Flevit Jacob elevatâ voce, ubi inaudit Josephum
 Gen. 43. 30. dilectissimum filium à ferâ pessimâ devoratum. Flevit Joseph Ægy-
 1. Reg. 20. 41. pti Pro-Rex, & commota sunt omnia viscera ejus super fratre suo
 Benjamin. Flevit Jonathas & David se invicem osculantes, David au-
 tem amplius. Flevit Israël universus, ubi Angelus Domini venit ad
 Judic. 2. 1. locum flentium, & improperavit filiis Israël beneficia, quæ à DEO re-
 ceperant, & peccata quæ commiserant, & elevaverunt vocem & fleverunt.
 Flevit & Magdalena & quidem amplius, stans sub arbore crucis, & ad
 sepulchrum Domini, Amoris sui crucifixi. Flevit quidem in domo
 Simonis Leprosi, sed tunc adhuc ignorabat quàm carò, imò immenso
 divini sanguinis pretio essent luenda illa, quæ patraerat peccata; ve-
 rùm ubi nunc vidit in cruce pendentem Jesum, desolatum, mortuum
 & toto corpore plagatum, in quem firmâ fide credidit DEum esse &
 Hominem, ac pro salute omnium tam indigna passum; ah quis dicet,
 Pf. 118. 136. quantum doluerit; tunc de illa poterat verificari illud Davidis: *Exitus
 aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.*
 5. Quòd Christus non solum super Jerusalem, & Lazarum fle-
 verit, sed etiam in cruce, de fide est, imò observant SS. Patres, Chri-
 stum nunquam sine lacrymis orasse; & sicut Job de se ipso testatur:
 Job. 16. 21. *Ad DEum stillat oculus meus*, ita & in Christo, dum sæpius pernoctabat
 in oratione Dei, stillabant pretiosæ lacrymæ de facie ejus; unde rectè
 Psal. 55. 9. Vates Regius: *Deus vitam meam annuntiavi tibi: posuisti lacrymas meas in
 conspectu tuo.* O pretiosæ lacrymæ! Arca Noëmica per aquas diluvii à
 terra elevata est in sublime; ita animus in limo profundi constitutus,
 Tob. 12. 12. & luto delictorum defixus, extollitur exundantiâ lacrymarum: *Quan-
 do orabas cum lacrymis*, dicebat quondam Raphaël Archangelus ad Se-
 niorem Tobiam, *ego obtuli orationem tuam*, & S. Hieronymus: *Oratio
 DEum lenit, sed lacryma cogit.*
 6. Cœcum illum à nativitate hominem Christus misit ad nata-
 toria Siloë, ut ibidem se lavaret: *Abiit ergo, & lavit, & venit videns*;
 Jo. 9: 7. Supra quod S. Bernhardinus: Lacrymæ sunt natatorium Siloë, ubi
 S. Bernhard. cœcus illuminatur, & Stapletonius: Ut enim ille, qui se in natatoria
 ser. 4. de 8. Siloë lavit, à cœcitate corporis curatus est, ita qui se in lacrymis la-
 Beatitud. vant, oculos mentis sibi aperiri advertent. Proba, & videbis,
 Ubi Veritas Christus cœnam ultimam cum discipulis suis cele-
 brare voluit, Petrum & Joannem in urbem præmisit, ut pararent
 pascha, eisque signum dedit, in quo loco cuncta pararent necessaria:
 Luc. 22. 10. *Ecce introeuntibus vobis in civitatem, occurret vobis homo quidam amphoram aquæ
 portans.* Et quare hoc? R. de Rampelogis: Homo amphoram aquæ
 portans


portans est peccator poenitens, cor lacrymis plenum ferens, quem sequentes Angeli intrant ejus hospitium, & parant pascha Domino.

Et quis non obtupefcat, quod Christus Dominus univesorum Jo. 13. 5. cepit lavare pedes Discipulorum? Et quare non etiam suos? R. S. Ambro- S. Ambr. l. 6; sius: Christus lavit pedes Discipulorum, non suos, quia eos nobis lacrymis lavandos reliquit. in Luc. c. 7.

7. O quot causas habemus Christi JESU Crucifixi lacrymis nostris sacros lavandi pedes! De ipso dicit S. Lucas: *Et factus in agonia, Luc. 22. 43. prolixius orabat. Et factus est sudor ejus, sicut gutta sanguinis decurrentis in terram* Ecce quomodo amaverit nos, subinfert hic Mellifluus, dum non s. Bernh. ser. tantum oculis, sed & membris omnibus fleverit. Tanti ponderis erat 3. D. Psal. salus nostra.

B. Margaritha Hungarica, Virgo sanctissima genas habebat fluxu lacrymarum adustas, quas solebat coram Crucifixo amore suo profunder. S. Francisca Romana cum amarissimam Redemptoris nostri Boll. 23. Jan. passionem & dolores meditaretur, tam effuse plorabat, ut timerent domestici, ne ob doloris vehementiam animam expiraret.

B. Lidvina Virgo lacrymas sanguineas amore Crucifixi fundebat, quas rosas suas vocabat. O anima Christiana! quid nos agimus, dum in cruce pendentem vitam nostram spectamus: *Et erit vita tua quasi Deut. 28. 66. pendens ante te?* Et si quidem Crucifixum Dominum tuum non dignum estimas una lacrymula, quomodo non ploras propter peccata tua, quae causa fuerunt tam cruenta passionis? Ah nos miseros! Moyses Psal. 77. 20. percussit petram, & fluxerunt aqua. Millies nos Moyses flagellaverit virga sua, nec semel ex his saxis guttam extundet ad diluenda nostra peccata: *Beati qui lugent*, ait Veritas, supra quod Os aureum: Non illi beati, Matth. 5. 5. qui lugent mortuum, non jacturam, sed peccatum, nihil enim in hoc S. Chrysoft. orbe fletu & amarissimo luctu dignum est, nisi cum offenditur hom. 22. ad creator omnium rerum. popul.



Ginther Unus pro omnibus.

A a

CON-